

liari (c. 4. *hoc. tit.*) Cetera particularia de privilegiis vide hic in textu: consule Bullaria Religiosorum; et inter plures de privilegiis scribentes, vide etiam Salmant. Moral. trat. 48.

## TITULUS XXXIV ET XXXV.

### DE PURGATIONE CÁNONICA ET VULGARI. <sup>a</sup>

184. *Nota I.* Purgationem in materia criminali esse actum solemnem, quo innocentia rei contra objectum crimen ostenditur. Est duplex: *Canonica* à Sac. Canonibus introducta, quæ licitè adhibetur ad ostendendam rei diffamati innocentiam. *Vulgaris*, à vulgo reperta, quæ temerè et illicitè usurpatur ad ostendendam rei innocentiam, ut per duellum, per contactum ferri candentis etc.

*Nota II.* Modum purgationis canonicæ fuisse varium.—1.º Per *judicium sanctæ Crucis*, dum ad eam, vel preces fundebantur, vel sortes jaciebantur, vel ea contacta, juramentum præstatur.—2.º Per juramentum ab accusatore et reo præstitum ad sepulchra et Reliquias SS. Martyrum (*Can. 6. et seqq. 2. q. 5.*)—3.º Per susceptionem SS. Eucharistiæ et celebrationem missæ (*Can. 23. ibid.*) Sed hi et similes modi in desuetudinem abierunt. Hodie purgatio Can. fit per juramentum super sancta Dei Evangelia præstitum: et quidem, reus facit juramentum super veritate, quod innocens sit à delicto; compurgatores verò, seu testes purgantem se à delicto, super credulitate, quod credant illum esse innocentem (*c. 5. h. t.*)

185. Q. I. *Quis, cui et super qua materia indicere possit purgationem Canonicam?*

R. 1.º Judex Ecclesiasticus competens seu suus, indicit purgationem Can.; secùs præceptum Judicis non sui non obligat (*c. 6. 10. 15. h. t.*); nam purgatio ista est actus judicialis, adeoque expediri debet à judice suo in foro Ecclesiastico.

2.º Purgatio Can. indicitur regulariter personis Ecclesiasticis, quarum fama integra est valdè necessaria populo christiano: uti sunt Episcopi, prælati, sacerdotes, concionatores, religiosi et moniales (*c. 3. 4. 5. et seqq. h. t.*) Laicis nobilibus in foro canonico conventis rarò indicitur, nisi causæ gravitas postulet, et crimen sit Ecclesiasticum; ut hæresis, simonia etc. (*c. 1. h. t.*) Viles autem et plebejæ personæ, si de

<sup>a</sup>—Agitur de hac materia in Decreto 2. q. 5. et 15. q. 1. Neque hic scrupulose inquirendum, an duo isti tituli recto ordine sint collocati.

crimine graviter suspectæ sint, ad torturam trahuntur: quia in eis periculum est perjurii, et compurgatores facilè reperire non possunt.

3.º Purgatio Can. indicitur super delicto diffamato, quod non est notorium, neque probabile per testes idoneos, ità tamen ut adsint indicia verosimilia, et præsumptiones cum infamia apud graves viros, aut scandalum publicum generetur (*cap. 15. in fin. h. t. Can. 5. et seqq. 2. q. 5.*) Item super defectu Canonico, v. g. natalium, vel alio impedimento (*c. 14. h. t.*) Ratio horum est, quia personæ ità diffamatae melius est purgatam esse et famam restitutam, quàm suspectam. At si delictum sit notorium vel probabile per testes, vel indicia adsint ad torturam sufficientia, non est locus purgationi, tanquam remedio extraordinario, sed proceditur via ordinaria ad sententiam condemnatoriam vel absolutoriam (*c. 4. 5. 8. 10. 15. h. t.*) Porro hic advertet, si crimen diffamatum sit tale, cui debetur pena depositionis, reum suspendi debere ab officio, donec se purget legitimè (*c. 2. h. t.*): imò in crimine tractum successivum habente, ut in concubinato, si reus terminatus non resipuerit, et occasionem peccandi non vitaverit, suspendendus est etiam à beneficio (*c. 10. h. t.*), quia opinio personæ Ecclesiasticæ in nullo vacillare debet (*Can. 6. d. 33.*)

*Dices*:—I. Purgatio Can. est valdè fallax; quia testes seu compurgatores non deponunt de veritate, sed credulitate, cujusmodi testimonium non valet (*l. 18. C. de testib.*), estque collusioni obnoxium.—II. Famæ non est credendum (*c. 8. de cohabit. Cler.*), et actore non probante, reus absolvendus est (*lib. 9. C. de O. et A.*); ergo.

R. *Ad I.* Purgatio Can. in foro externo præsumitur vera, donec contrarium clarè innotescat, aut collusio probetur.—*Ad II.* Famæ fundatæ in verosimilibus indiciis creditur ad effectum purgationis; neque reus absolvitur, donec probet suam innocentiam; cum Ecclesiæ requiratur ministros non solum à crimine, sed etiam à suspitione et infamia criminis alienos.

186. Q. II. *Quid juris circa compurgatores?*

R. 1.º Compurgatores debent esse personæ honestæ, fide dignæ, et in judicio propter crimen non condemnatæ (*c. 7. 9. h. t.*)—2.º Debent esse personæ vicinæ, ità ut notam habeant vitam purgandi (*c. 10. 11. h. t.*)—3.º Debent esse ejusdem ordinis cum purgando, Episcopi pro Episcopo, presbyteri pro presbytero (*cit. c. 10.*); sed qualitas ista, uti et numerus compurgatorum hodie est in arbitrio judicis, cum jura ubique æqualiter non loquantur, ut patet ex *Can. 13. et 19. caus. 2. q. 5. c. 10. et 12. h. t.*; neque compurgatores tam strictè examinandi sunt ac testes, cum deponant de veritate, sed credulitate.

187. Q. III. *Quis sit effectus purgationis canonicæ?*

R. 1.º Ut *indictæ*, effectus est obligatio eam præstandi, nisi ex justa causa reus ab ea apellet: ut si non est diffamatus, si Ordinarius nolit admittere testes, nisi extraneos, inter quos reus non vixit, inimicos etc (*Gloss. in c. fin. h. t.*)

2.º Effectus purgationis, ut *præstitæ*, est absolutio rei, non tantum

à suspensione, si hæc ab initio lata fuit, sed etiam ab objecto crimine, ità ut reus declaretur innocens, suoque honori et famæ restituatur, neque deinceps super eodem crimine accusetur, nisi nova infamia et indicia criminis superveniant: ità *Can. 6. et seqq. 2. q. 5. c. 8. 10. h. t.*

3.º Effectus purgationis, ut *recusata* aut *non prestita* est, quòd reus deficiens in purgatione, seu nolendo jurare, seu non habendo compurgatores, habeatur pro convicto, et pœna ordinaria vel plerùmque arbitraria puniri possit (*cap. 7. v. deficientem, hoc tit.*) Quòd si iudex Ecclesiasticus clericum in iudicio purgationis degradatum Curia seculari tradat, non potest laicus illum punire pœna mortis; quia non fuit verè convictus, sed tantùm præsumptivè, aut interpretativè: seùs si delictum confessus aut plènè convictus fuit.

188. Q. IV. *An modi purgationis vulgaris sint liciti?*

R. 1.º Negativè (*Can. 7. 20. caus. 2. q. 5. c. fin. de purg. vulg.*); nam modi isti sunt cum superstitione gentilium et præstigiis conjuncti, inepti ad veritatem manifestandam, et quibus Deus tentatur ad faciendum miraculum; uti sunt duella, contactus ferri candentis vel aquæ ferventis, fluxus sanguinis ex cadavere occisi ad præsentiam occisoris etc.

*Dices*:—I. Adulterium apud judæos probabatur per aquas amarissimas (*Can. 21. in libro 2. q. 3. ex Num 5. v. 18.*)—II. In lege nova extant plura exempla purgationis vulgaris: S. Bricius enim tulit ardetes prunas in veste sua usque ad sepulchrum S. Martini; et multæ Sanctæ contactu ferri candentis suam innocentiam probaverunt; et *Can. 24. Conc. Mogunt.* occidens presbyterum, si servus sit, purgare se debet super 12 vomeres ardetes.

R. *Ad I.* Probatio ista, ob promissionem divinam olim fuit licita; hodie verò cessat cum aliis cæremoniis judaicis.—*Ad II.* Miracula ex instinctu S. Spiritus facta, non sunt trahenda ad exemplum: *cit. c. 24.* reprobatus est à pluribus Pontificibus, et ideo *c. 2. de penitent.* omituntur illa verba: *super duodecim vomeres ferventes se expurget*, quæ ponuntur in *palea; qui presbyterum 17. q. 4.*

2.º Sententia lata ex purgatione vulgari, est invalida; nam est contra ordinem judiciarium, et nititur fallacibus probationibus: unde reformari debet, comperta veritate: sicut *cap. 2. hoc tit.* cadentes in duello purgativo, dum furtum apud alios repertum fuit, recipiunt omnia bona, quibus spoliati erant.

## TITULUS XXXVI.

DE INJURIIS ET DAMNO DATO. <sup>a</sup>

189. Nota, ex *pr. Inst. h. t.* injuriam tripliciter accipi:—1.º Pro omni eo, quod non jure fit.—2.º Pro damno culpa dato, sicut in L. Aquilia.—3.º Specialiter pro contumelia seu dolosa læsione honoris alieni. Idem docet Ulp. *l. 1. ff. h. t.* Item accipitur injuria pro injustitia et iniquitate: et in hoc sensu complectitur omne peccatum contra justitiam, quo læditur jus alienum. Hic agam:—I. De injuria accepta pro contumelia.—II. De injuria accepta pro damno culpa dato.

## §. I.

## De Injuria contumeliosa.

190. Q. I. *Quibus modis fiat injuria seu contumelia?*

R. 1.º Duobus: *re*, seu *facto* in corpus, dignitatem et famam: ut si qui alterum verberet, alapam ei infringat, matronæ honestæ comitem abducat, pudicitiam matrisfamilias vel prætextatæ seu virginis ingenuæ attentare, aut affectare præsumat, putà sequendo illam ex intentione stupri inferendi. *Verbis*, sive prolatis in dedecus alterius, et tunc est *convitium*: quasi *convocium*; sive scriptis, et tunc est *famosus libellus* (*l. 1. 15. §. 2. ff. h. t.*): ut si quis alterum compellet furem, adulterum, illegitimum, servum etc. Multa et pulchra exempla injuriarum legere utiliter poteris *ff. h. t.* Ex his colliges injuriam aliam esse *realem*, aliam *verbalem*; et utramque, vel *levem*, qua leviter honor proximi læditur, vel *gravem* seu atrocem, qua attentis omnibus circumstantiis, graviter honor læditur.

2.º Injuria censetur committi in seqq. casibus:—I. Si quis verum crimen alteri objiciat extra iudicium; nam hic adest animus injuriandi,

<sup>a</sup>—Agitur de hac materia in Sexto *h. t.*—In Decreto 15. *q. 4.*—Et in jure civili de injuriis agitur in Institut. *lib. 4. tit. 4.*—In Pandectis *lib. 47. tit. 9.*—In Codice *lib. 9. tit. 35. et 36.*—De damno dato in Institut. *lib. 4. tit. 3.*—In Pandectis *lib. 9. tit. 2.*—In Codice *lib. 3. tit. 34.*

à suspensione, si hæc ab initio lata fuit, sed etiam ab objecto crimine, ità ut reus declaretur innocens, suoque honori et famæ restituatur, neque deinceps super eodem crimine accusetur, nisi nova infamia et indicia criminis superveniant: ità *Can. 6. et seqq. 2. q. 5. c. 8. 10. h. t.*

3.º Effectus purgationis, ut *recusata* aut *non prestita* est, quòd reus deficiens in purgatione, seu nolendo jurare, seu non habendo compurgatores, habeatur pro convicto, et pœna ordinaria vel plerùmque arbitraria puniri possit (*cap. 7. v. deficientem, hoc tit.*) Quòd si iudex Ecclesiasticus clericum in iudicio purgationis degradatum Curia seculari tradat, non potest laicus illum punire pœna mortis; quia non fuit verè convictus, sed tantùm præsumptivè, aut interpretativè: seùs si delictum confessus aut plènè convictus fuit.

188. Q. IV. *An modi purgationis vulgaris sint liciti?*

R. 1.º Negativè (*Can. 7. 20. caus. 2. q. 5. c. fin. de purg. vulg.*); nam modi isti sunt cum superstitione gentilium et præstigiis conjuncti, inepti ad veritatem manifestandam, et quibus Deus tentatur ad faciendum miraculum; uti sunt duella, contactus ferri candentis vel aquæ ferventis, fluxus sanguinis ex cadavere occisi ad præsentiam occisoris etc.

*Dices*:—I. Adulterium apud judæos probabatur per aquas amarissimas (*Can. 21. in libro 2. q. 3. ex Num 5. v. 18.*)—II. In lege nova extant plura exempla purgationis vulgaris: S. Bricius enim tulit ardentem prunas in veste sua usque ad sepulchrum S. Martini; et multæ Sanctæ contactu ferri candentis suam innocentiam probaverunt; et *Can. 24. Conc. Mogunt.* occidens presbyterum, si servus sit, purgare se debet super 12 vomeres ardentem.

R. *Ad I.* Probatio ista, ob promissionem divinam olim fuit licita; hodie verò cessat cum aliis cæremoniis judaicis.—*Ad II.* Miracula ex instinctu S. Spiritus facta, non sunt trahenda ad exemplum: *cit. c. 24.* reprobatus est à pluribus Pontificibus, et ideo *c. 2. de penitent.* omituntur illa verba: *super duodecim vomeres ferventes se expurget*, quæ ponuntur in *palea; qui presbyterum 17. q. 4.*

2.º Sententia lata ex purgatione vulgari, est invalida; nam est contra ordinem judiciarium, et nititur fallacibus probationibus: unde reformari debet, comperta veritate: sicut *cap. 2. hoc tit.* cadentes in duello purgativo, dum furtum apud alios repertum fuit, recipiunt omnia bona, quibus spoliati erant.

## TITULUS XXXVI.

### DE INJURIIS ET DAMNO DATO. <sup>a</sup>

189. Nota, ex *pr. Inst. h. t.* injuriam tripliciter accipi:—1.º Pro omni eo, quod non jure fit.—2.º Pro damno culpa dato, sicut in L. Aquilia.—3.º Specialiter pro contumelia seu dolosa læsione honoris alieni. Idem docet Ulp. *l. 1. ff. h. t.* Item accipitur injuria pro injustitia et iniquitate: et in hoc sensu complectitur omne peccatum contra justitiam, quo læditur jus alienum. Hic agam:—I. De injuria accepta pro contumelia.—II. De injuria accepta pro damno culpa dato.

#### §. I.

##### De Injuria contumeliosa.

190. Q. I. *Quibus modis fiat injuria seu contumelia?*

R. 1.º Duobus: *re*, seu *facto* in corpus, dignitatem et famam: ut si qui alterum verberet, alapam ei infringat, matronæ honestæ comitem abducat, pudicitiam matrisfamilias vel prætextatæ seu virginis ingenuæ attentare, aut affectare præsumat, putà sequendo illam ex intentione stupri inferendi. *Verbis*, sive prolatis in dedecus alterius, et tunc est *convitium*: quasi *convocium*; sive scriptis, et tunc est *famosus libellus* (*l. 1. 15. §. 2. ff. h. t.*): ut si quis alterum compellet furem, adulterum, illegitimum, servum etc. Multa et pulchra exempla injuriarum legere utiliter poteris *ff. h. t.* Ex his colliges injuriam aliam esse *realem*, aliam *verbalem*; et utramque, vel *levem*, qua leviter honor proximi læditur, vel *gravem* seu atrocem, qua attentis omnibus circumstantiis, graviter honor læditur.

2.º Injuria censetur committi in seqq. casibus:—I. Si quis verum crimen alteri objiciat extra iudicium; nam hic adest animus injuriandi,

<sup>a</sup>—Agitur de hac materia in Sexto *h. t.*—In Decreto 15. *q. 4.*—Et in jure civili de injuriis agitur in Institut. *lib. 4. tit. 4.*—In Pandectis *lib. 47. tit. 9.*—In Codice *lib. 9. tit. 35. et 36.*—De damno dato in Institut. *lib. 4. tit. 3.*—In Pandectis *lib. 9. tit. 2.*—In Codice *lib. 3. tit. 34.*